

10006, 10007.

1787, 8.

DE

CESSIONE HYPOTHECAE
FEVDALIS ABSQVE DOMINI
DIRECTI CONSENSV
IVRE SAXONICO INVALIDA

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO SVMMIS

IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

O B T I N E N D I S

A. D. XXIX. MARTII C I O I O G G L X X X V I I .

PROPOSVIT

CAROLVS THEOPHILVS DATHE

IVR. VTR. CAND. ET ADV. IMMATRIC.

LIPSIAE

EX OFFICINA SOMMERIA

CESIIONE HYPOTHECAE
 FEDERALIS ARSAGA DOMINI
 DRECI CONSILIA
 IARAE SAXONICO INVALIDA

DISTRIBUTIO NAVARVARIS
 G A M
 TRACTUS SCOTORUM ORDINIS ACTORIATÆ
 PRO SUMMIS
 IN ATROGAE IARAE HONORIBAS
 OCTAVINIANIS
 TROPICIS

CAROLAS THEOPHILAS DACTHE
 IAR. A.D. 1690. E. 16. IMMATHIC.

LIPSIAE
 EX OFFICINA SOMMERIA

capitio de causis et effectibus iuris civili iuris publici
et iuris privati. Quidam de iure publico. Quidam de iure privato. Quoddam de iure mixto. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati. Quoddam de iure mixto iuris publici iuris privati et iuris mixti. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati et iuris mixti. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati et iuris mixti. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati et iuris mixti. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati et iuris mixti.

Q. Quidam de iure publico. **D.** Quidam de iure privato. **E.** Quidam de iure mixto. **V.** Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati et iuris mixti. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati et iuris mixti. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati et iuris mixti. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati et iuris mixti. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati et iuris mixti. Quoddam de iure mixto iuris publici et iuris privati et iuris mixti.

Instituti ratio.

Instituti juris: si aliquis em becigendis etiam aliis iuris
imposita mihi iterum libelli edendi necessitate, qui, vti mos
est in Academias receptus, ad summos in iurisscientia ho-
nores aditus aperiundi causa publice e cathedra defendendus
proponeretur, dubius diu atque suspensus haesi, quamnam po-
tissimum in tanto artis nostrae ambitu felicerem differendi ma-
teriam, quae neque vires excederet iuueniles, neque tamen pror-
sus esset superuacanea et viris harum rerum intelligentibus odio-
sa atque molesta. Quam ob rem communicaui consilium meum
cum viris quibusdam et dignitatis splendore et doctrinae elegan-
tia conspicuis, quorum nomina coram profiteri modestia vetat,
hique auctores extitere ac suasores, vt aliquod iuris beneficiarii
caput elaborandum mihi sumerem, quod etsi non nouitate atque
inuentione, vti pro seculi nostri vbertate, in quo tam larga est in
omni fere scientiarum ac disciplinarum genere, felicissimorum
ingeniorum seges, excogitari tale quid vix potest, certe tamen
et scribendi ordine et accurata tractandi methodo, rerumque pro-



positarum vsu legentibus sese commendaret, et in quo, quae passim ab aliis hanc in rem obseruata sunt, simul et uno quasi intuitu possent perspici atque cognosci. Quod consilium tanto minus abiiciendum putauit, quanto maiori amore ac studio ab eo in primis tempore, ex quo ipse paulisper de rebus ad iuris prudentiam pertinentibus meditari coepi, prosecutus sum rem clientelarem, tum propter insignem, quae ex veterum institutorum contemplatione oritur, voluptatem, tum quod hoc disciplinae genus iis praeferim, qui causis in foro tractandis operantur, magnopere necessarium videtur et admodum fructuosum. Incidi autem in eam quaestionem, quae est de pignore feudalium, eiusque in alterum translatione, siquidem hic locus coniunctus est cum Iure nostro Saxonico, et quum intelligerem, dari nonnullos inter nosstrates iuris feudalis Doctores, qui nimio profecto patrii iuris amore abrepti, ad ius pignoris in alterum transferendum, domini directi consensuni, etiam in iis terris, in quibus iura Saxonica alioquin haud frequentantur, necessario impetrandum esse statuant, atque ita ius illud, quod in Saxonia, non nisi ex singulari legum prouincialium auctoritate et Curiae obseruantia, obtinet, haud satis accurate a iure communi distinguunt, nec deesse contra, qui pignoris feudalis cessionem negotium feudale haud esse, adeoque hanc quaestionem ex iuris communis principiis vnicce decidendam esse, contendant, profecto neque inutiliter operam meam collocaturum, neque a vitae meae genere alienum fore existimauit, si singulorum opiniones recensem, et quid in vniuersum hac de re ex legum tam communium quam Saxoniarum auctoritate statuendum sit, breuiter expnerem.

DQ

B.A.

§. II.

§. II.

*Generalia quaedam de Feudorum alienatione Vasallis interdile
eiusque causis.*

Prius vero quam ad ipsam quaestionem in fronte libelli propositam accedamus, ordo et quae nobis commodissima visa est tractandi ratio exigit, ut quippe haec quaestio nostra p. parandae egregie inseruiunt et in his quasi sparsa sunt semina argumentorum, de feudorum alienatione in vniuersum nonnulla commentemur. Quod quidem argumentum quanquam ab omnibus, qui iura feudalia iunctim interpretati sunt, haud pretermissem et singulis quoque disputationibus, hanc in rem speciatim editis, quorum longus catalogus exhibetur in BIBL. LIPPEN. et in Suppl. a) quibus addi possunt adhuc plures ex recentioribus b), expositum atque illustratum esse, nos non fugit, tamen profecto rem doctis lectoribus non iniucundam et qui hisce facris iniciari cupiunt, non inutilem suscepimus, si antiquitatis huius monumenta quaedam colligeremus, et ad principia sua reuocaremus. Vineuli istius, quo dominus et Vasallus inter se copulantur, ad prima incunabula redire si velis, apud omnes gentes, quae feudalibus institutis inclaruere, ea semper fuit ratio iste finis, vt vterque, qui feudum daret et acciperet, ita essent inter se obligati, vt unusquisque alterius commodis pro virili sua

A 3

inser-

a) Tom. I. Bibl. Lipp. p. 46. v. alienatio. et in Suppl. p. 187.

richtil. Observanz besonders in Veräußerungs-Fällen. (Augsb. 1783.)

b) auctor anonym. libelli vernali: *Geschichte von dem Ursprunge und Fortgange der Longobardischen und reutischen Lehnrechte, wie auch derselben allgemeinen und Reichsges-*

E. S. S. a. LOEWE NHEIM Biga Dissertationum, quarum prior F. alienationem eiusdemque recuperandi modos, altera alienationem Allodiorum I. Germ, artis limiti-

inseruiat, omniaque, quibus obligationes inuicem susceptae vio-
lantur, aut vni ex contrahentibus iniqua seu durior conditio in-
fertur serio vitet, et, vt paucis complectar omnia, haec fidelis
et reciproca amicitia continuo et per omnem vitam, non tam
verbis, quam re ipsa, inuicem declaretur, atque haud interrupta
conseruetur. c) Quae omnia quantumvis ex ipso coniunctionis cli-
entalaris natura atque indole per se fluant, et tacite quasi subintelli-
gantur, tamen cum haud raro accideret, vt aut improbi Vasallii
verum fidelitatis sensum malitiosis interpretationibus eluderent,
alii callidam ignorantiam simularent, aut noua onera excogitare
et vasallis imponere soleret dominorum ambitio atque voluptas,
necessarium visum est, certas solemnnesque huius rei constitueret
formulas, et, ne incertis quasi regionibus erraret fidelitatis no-
tio, hanc accuratius definire, legitimisque terminis circumscri-
bere. d) Quam ob rem nemo sane mirabitur, facultatem dispo-
nendi de eo, quod quis sub fidelitatis conditione tenet, peculia-
ribus sanctionibus fuisse restrictam: Nihil enim clientelaris con-
tractus naturae, obligationibusque facta inter dominum et Vasal-
lum dominii diuisione oriundis, magis videtur aduersari, quam
dominium atque possessionem eius rei, quam quis sub specialis
fidei promissione accepit, domino vel inscio vel inuito, in perso-
nam extraneam h. e. sub originaria inuestitura haud comprehen-
sam, transferre. Primit temporibus, quin maiores nostri non-
dum

mitibus circumscriptam sistit (*Vra-
tislav. 4.*)

T Z E Tr. de coniugio feudalitio.
(Ien. 1690.)

HIERON. FRIDR. SCHORCH.
Diff. inaug. de eo quod iustum est
circa vasallum praedium feudale
alienantem. (*Erford. 1751.*)

d) CAR. RVD. GRAEFE
Prol. fidelitas et commendatio pri-
ma foederis formula. (*Lipf. 1763.*)
IO. STEPH. WIRSAND Diff.
de origine fidelitatis Valliticæ
(*Lipf. 1764.*)

c) H. F. 58. pr. GREG. HIN-

7

dum iure scripto vterentur, sed lites de feudo motas amicabili
ratione et ex aequo et bono compонerent, moribus et usu in-
troductum fuisse, vt si quis re contractu feudali interueniente
sibi concessa abuteretur, eam vel venderet, vel quoconque modo
alienaret, ob neglectam hoc modo domini reuerentiam; feudum
ei tanquam indigno eriperetur, ex antiquarum legum compara-
tione atque consensu, quas ex meritis consuetudinibus compilata
fuisse constat, non sine ratione colligitur. Non obscurae hoc
innuit compilator IVR. ALEMANN. cap. XXVI. *Niemand mag-
fin lehn versetzen, noch verkaufen* (sic enim verba se habent in
Cod. mai. Argent.) on *sines Herrn hant, das er krafft habe.* et
cap. CXXIV. §. 4. e) *Was der Man mit dem lehn tut gen dem
Herrn, das geverde heisst, damit hat der Man das Lehn verworkt
gen sinem herrn.* Quocum consentit etiam I. F. FRANC. vulgo
KAYSER RECHT f) *Eyn iclich man sal wißin der lehn hat, wel-
he daz verkouffen, das muß he tun met des Keifers hant.* In vni-
uersum tamen ex mediis aeuis moribus obseruari meretur, apud
Germanos has inconsulto domino alienationes propterea non tam
fuisse frequentes, quod germanicae originis nationes sedulo cu-
rabant, ne ad humiliores et inferiores transiret dignitas nobili-
bus tantum propria, quod proprio vocabulo: *das Lehn niedern,*
den Heerschilt myndern, vocabant. g) Verum enim uero longe,
maiorem fuisse apud Longobardos alienandi licentiam, non modo
ipsi libri Feudorum Longobardici abunde testantur, h) sed et ex
autem bono ratione. (In notitia regis Habsburgi eo

e) ap. SENKENBERGIVM
in c. I. F. (ed. Eisenbardi. Hal. 1772.)
p. 166. cf. etiam SCHILTERVS
in Com. ad h. 1. sib. obseruanda

f) ibid. p. 25.

g) I. F. ALEM. cap. 63. §. 1. ap.
SENCKENB. p. 100, I. F. BAV.
cap. 61, ibid. p. 225. RINCKII
Diss. de Clypeorum ratione haben-
da in F. alienandis. (Alt. 1731.)
b) I. F. 5. et 13. II. F. 9. et 44.

eo perspicitur, quod in sequentibus temporibus maxime ad labo-
rauerunt legumlatores, vt ingrauecens illud malum, quod per-
niciossimam pestem et totius reipubl. non mediocre detriemen-
tum intellexerant, legum seueritate penitus extirparent grauissi-
misque poenis propositis reprimenter. Eo enim proteruitatis
processerant praediorum feudalium possessores, vt non modo di-
midiam F. partem alienarent, id quod olim iis licebat, vt ex tex-
tibus iuris feudalis modo excitatis clarum est, verum etiam re
ipsum concessa in tantum abuterentur, vt nexus feudalis, cuius
primaria ratio, praesertim in turbidis illis dissidationum tempori-
bus, in militia et in numerosa Vasallorum manu posita erat, pe-
nitus eueteretur. Quos temerarios Vasallorum ausus quanta
grauitate reprimere annisi sint Imperatores, vt cognoscant lecto-
res, ipsa verba hoc transcribamus: i) *Decernimus*, inquit LOTHA-
RIVS Imp. nemini dicere beneficia, quae a suis Senioribus habent,
sine iporum permissione distrahere, vel aliquod commercium aduersus
tenorem nostrae Constitutionis excogitare, per quod Imperii vel do-
minorum minuatur utilitas. Quia constitutione quam satis non
dum paratum esset remedii huic malo, denuo insurrexit FRIDE-
RICVS I. Imp. k) addiditque non modo poenam seviorrem, ve-
rum etiam omnes insimul alienationes antea susceptas irritas at-
que illicitas declaravit, ita vt quod ab initio nullum, ne longissi-
mo quidem temporis lapsu conualidari ac sanari posset. l) Ra-
tiones harum prohibitionum e THOMASIO m) diligenter recen-
set LEBR. GVL. HENR. HEYDENREICH n), nempe quod magnopere

i) II. F. 52. pr.

k) II. F. 55.

l) I. T. MUELLERI Diff.
de vicio F. male alienati nulla
praescriptione contra dom. dir.
principem sanabili. (Heidelb. 1773.)m) in Diff. de causis proh. alie-
nat. in Sel. feud. T. II. p. 165. sgg.n) in Tract. de alienat. F. quae fit
absque dom. dir. Agnator. et in Sax.
simil. inuestitor. consensu. (Lipf.
1731.) c. I. §. IV.

9

pere intererat dominis, ne alienatoribus a Vasallis temere suscep-
tis iure suo exciderent; et quod eiusmodi alienationibus Vasalli
ad seruitia dominis exhibenda reddebantur inidonei, quibus etiam
adhuc addi possunt frequentissimae illae tunc temporis in Palaestinam
expeditiones nimiaque Pontificis R. in concedendis hanc
in rem priuilegiis et in alliciendis hominum animis arrogantia at-
que studium. o) Non tamen ideo existimandum, ius, quo in praefenti
in Germaniae foris vtimur, et quo interdicta est Vasallis
omnis feudi alienatio, non demum per Sanctiones Longobardicas,
cum Iustinianeo iure adoptatas, in Germaniam irrepsisse,
sed ex domesticis consuetudinibus ac moribus, iure Longobardico
longe antiquioribus, esse deriuandum.

§. III.

De consensu domini, agnitorum et simultanei investitorum in Feudorum alienatione nonnulla.

Ex his igitur, quae haec tenus disputata sunt, certum est
atque extra omnem dubitationem positum, omnem feudi distra-
ctionem temere et inconsulto domino a Vasallo susceptam illici-
tam esse atque nullam, adeoque nisi in ipsis inuestiture tabulis
aliter conuentum fuerit inter dominum et vasallum p), aut pri-
uilegiis

o) Legi' meretur i. c. MAIERS
*Versuch einer Geschichte der Kreuz-
züge u. ihrer Folgen* (Berol. 1780.)
P. II. p. 215. sq. cfr. ILL. PUETT-
MANNI Obs. iur. feud. (Lipz. 1783.)
c. V. IVST. HENN. BOEHME-
RI Diff. de varia iurium innova-
tione per expedit. cruce signato-

rum c. 3. §. 7. in Ej. Exercit. T. I.
p. 335. sq. Exemplum praebent
litterae Eugenii III. quas exhibit
OTTO FRISING. L. 1. c. 35.

p) de F. alienabili praeter C HR.
T H O M A S I V M (Hal. 1709) et
G. L. K R A V S I V M (Erl. 1770)
B dixit



uilegiis certis prouinciis vel curiis concessis id indultum, qualia sunt Feuda Silesiae, Pomeraniae et utriusque Lusatiae ex FERDINANDI I. et MAX. II. Imperat. gratia ^{q)}, beneficij amissione puniri. Feudo illicite alienato dominus violatam vindicat fidelitatem, illudque ex capite *feloniae* reuertitur ad dominum, cui ex lege data est potestas reuocandi, ita ut aduersus quemcunque actio possit institui, feodiumque nullo restituto pretio repeti atque vindicari. Atque hoc iure etiam vtuntur ii, qui extincta vasalli stirpe, sive ex pacto primi acquirentis et maiorum prouidentia, sive ex simultaneae inuestiturae tenore ^{r)} ad successionem in F. vocantur, quorum etiam salua manet causa, etiamsi dominus ius suum persequitur, nisi iure suo vltro se abdicauerint, aut Feudum in eo a communi natura recedat ^{s)}, quod tamen, cum nemo ius suum temere deseruisse praesumendum sit, ab eo, qui contrarium allegat, probetur necesse est. ^{t)} Vtrum vero filiis tribuenda sit feudum reuocandi facultas si quaeritur,

in

dixit nuper IO. CHR. WOLTAER (*Hal. 1772.*)

^{q)} COD. AUG. T. III. p. 1347. et ap. REDERUM in Lusat. dipl. T. I. p. 1333. Nouissime hoc argumentum retractarunt ILL. CHR. GOTTL. BIENER in diss. de F. Lusat. eorumque imprimis acquirendorum et possidendorum iure. (*Lipf. 1785.*) et BENI. GOTTFR. WEINAERT in d. Lebnr. d. Mark. grafib. Oberlaus. (*Lipf. 1785*) p. 98. sg.

^{r)} De consensu eius, qui vel sola expectantia, vel inuestitura evenuali nititur, post HORNIVM

(in ZEPERNICK Anal. T. I. p. 147.) dixit STRUBEN. in d. rechtl. Bedenken, T. I. no. 89. et T. III. no. 140. quod omnino verum est, nisi expectantia vel inuestitura euent. consensu Vasalli fuerit munita.

^{s)} v. c. in feudo mere et secundum quid hereditario, de quo vid. HEYDENR. c. I. c. V. §. I.

^{t)} In Sax. Seren. Llator in fauorem coiuictorum iuri suo renunciavit per CONST. EL. T. II. 48. vi cuius F. illicite alienatum statim ab iis potest reuocari.

in ea me esse opinione fateor, vt, nisi filius simul cum patre in-
uesitus fuerit, aut F. intuitu eius patri concessum, hoc ius ne-
quaquam iis tribuere velim, non enim ex prouidentia maiorum,
sed beneficio vltimi defuncti, tanquam patris heredes, ad illud
admittuntur, ideoque sive personae vnitatis inter patrem et filium,
quae haud dubie ex Latii iure translata est ad F. disciplinam, si-
ue honos paterno nomini debitus et naturalis aequitas, impedit,
quo minus, modo caeteroquin saluam habeant legitimam, facta
patris impugnare possint. Quam quaestionem propterea hoc
loco obiter attingendam censeo, quod nuper vir laude
cumulatissimus et in hac arte longe experientissimus hoc
in dubitationem adducere haud dubitauit. u) Licet enim
non diffitear, veteres Germanorum leges in eo libiores
fuisse, nec ex antiquis Germanorum moribus adeo strenuam
fuisse filiorum obligationem ad facta patris in F. praestanda, at-
que idcirco saepenumero consultos fuisse in feudorum alienatio-
ne, v) nunquam tamen mihi persuaderi patiar, aequalem esse fi-
liorum atque agnitorum in F. conditionem, atque argumenta
ex Agnitorum iure deriuata ad filios aequa posse extendi; longe
enim diuersa est agnitorum ac filiorum ratio, longeque diuersus
succedendi titulus, quum hi ex beniuolentia vltimi possessoris,

B 2 cui

u) G.E. LUD. BOEHMER
in Princ. iur. F. (ed. nouiss. d. a. 1782.)
p. 197. et filius IUST. LUD.
BECHTH. BOEHMER in
Diff. de filio Vasalli successore.

(Gott. 1779.) p. 50. sq.

Pertinet huc etiam Diff. num filius
F. a patre alienatum reuocare pos-
sit? Praef. GODEFR. MOLL
a. IAC. FRIDR. BOUGET

(Bonnae 1783.) defensa, quae vero
in his terris nondum innotuit. Cfr.
V. ILL. AUG. FRID. SCHOT-
TI neuig. iurist. Literatur f. d.
Iahr 1785. T. I. p. 147.

v) I. F. SAX. c. 35. c. 70. §. 4.
ex ed. SENKENB. SCHILTER
ad I. F. Alem. c. 64. §. 5. c. 98.
§. 4.

cui vitam debent, et hereditario iure ^{x)} ad successionem in F. vocentur, ideoque semper cum allodio confusam habeant feudalem hereditatem, illis contra ius ex prima inuestitura et pacto inter primum acquirentem et dominum largitorem inito natum sit. In qua sententia eo magis confirmor, quod ipse BOEHMERVS satetur alio loco ^{y)}, vbi de vsu atque auctoritate veterum istarum collectionum disputat, eas, etiam si iuri illustrando egregie inferuant, vi tamen legis in foro haud pollere, sed fide historica in adstruendis mediae aetatis consuetudinibus niti, et si hodiernum in Curiis clientelaribus harum rerum vestigia supersint, haec vi specialis obseruantiae vel iuris particularis, non vi istarum collectionum, vsu seruari. Merito igitur praefferenda videtur communis Dd. sententia, scilicet potiores esse hac in re Longob. sanctiones ^{z)}, tanquam ius commune per Germaniam receptum, donec vel Lege prouinciali vel aliqua Imperii Constitutione aliquid his aduersum cautum esse demonstretur. Ut taceam Ius Elect. Sax. quo generatim filii, quantumuis patris hereditatem

non

^{x)} II. F. 45. §1. §. 4. KOBIUS de pecunia mutuat. C. VI. §. 69. sqq.
MOELLER in Distinct. feud. (ed. nov. Rößl. 1775.) p. 392. sqq.

^{y)} in Princ. iur. feud. §. 30. vide etiam quae annotavit V. Ampl. A. I. SCHNAUBERT in Com. (Brunsv. 1784) p. 38. SCHOEFF Diss. de iur. feud. Long. prae iure alamann. praecipue in obligatione filii successoris etc. (Tub. 1762) et M. CHR. a SENCKENBERG Epist.

de vsu iur. F. in Germ. ap. IENYCHEN T. I. p. 225. sqq.

^{z)} I. F. §. §. 3. Hoc quoque obsernatur, ut si frater meus alienauerit — si moriatur sine herede masculo, reverteritur ad me.

II. F. 45. Vbi vero (*Vafallus*) filium reliquit, ipse non posset hereditatem sine beneficio repudiare, sed aus trumque resineat; aut utrumque repudier, cfr. BITSCHIVS ad h. I, II. F. 83. extraneus iam diu teneat sine praeiudicio, quamdiu ille, qui dedit, heredem masculum babuerit.

non adierint aut beneficio inuentari sibi præspererint; nullo seruato inter F. nouum et antiquum discrimine, ab omni F. reuocatione penitus arcentur *a)*

reprobatur ergo si libellus aliquod salvo sit maxa nescia. Ille pro id est libellus id est maxa nescia. ni seculio quis dicit qui

etiam dicit *§. IV.*

Alienationis notio uberior explicatur atque omnem F. oppignorationem ea contineri ostenditur.

Sed relictis his, quae obiter tantum monenda videbantur, proprius nunc ad eam questionem, cui libellus iste destinatus est, deueniamus. Ne vero intempestive et veluti per saltum id fiat, num feudi oppignoratio vera sit alienatio, et utrum ea, quae de alienatione in vniuersum dicta sunt, ad illam commode possint transferri, prius est dispiciendum. Alienationis notione autem non solam emtionem venditionem venire, sed quamcunque dominii utilis translationem, tam inter viuos, quam mortis causa factam, indigitari, dudum iam annotarunt Interpret., atque indubia est hac de re iuris feud. sententia *b.)* Nemini licet F. totum vel partem aliquam vendere vel pignorare vel quoconque modo distrahere seu alienare vel pro anima iudicare sine permissione illius domini, ad quem F. spectare dignoscitur. Inde recte concluditur, quod de venditione dictum est, ad omnes alienationis species pertinere *c.)* adeoque et F. donationem, permutationem,

B 3 *ad hancque eiusdem datio-*

a) TORG. AUSSCHR. d. d. S. Maii. 1583. tit. *welbergeftalt die Agnaten.* Cfr. HORN. I. F. c. 20. §. 17. WERNHER Obs. for. P. I. obs. 311. CARPOVII Iur. For. R. Sax. P. II. Const. 48. def. 9.

b) II. r. 55.

c) II. r. 42. verb. et quod de venditione dicitur, idem est in omnibus alienationibus. cfr. BITSCHEIVS ad h. l.

[decorative line]

dationem in solutum, *in pignus*, in dote^m, absque consensu domini illicitas esse atque nullas. Nam siue rationem quaeras in eo, quam ipse suppeditauit **LOTHARIUS** Imp. ^{d)}, ne Vasalli beneficiis exuti ad feruitia dominis exhibenda inidonei redderentur, siue eam colloces in natura contractus bilateralis et obsequii clientelaris, atque in reuerentia Seniori debita, facili negotio haec speciebus modo enarratis possunt applicari. Sed mittamus haec, neque enim animus est in tam lato campo expatiari, in quo tam multi desudarunt viri docti ^{e)}, neque vana doctrinae ostentatione corraderet, quae ab aliis hanc in rem obseruata sunt, angusti libelli limites permittunt. Lubet potius, (ignoscant letores antiquarum rerum studio,) relictis peregrinis institutis in mores ac consuetudines in patrio solo natus, paullatim inquirere. Duplex maioribus nostris visitata fuit pignoris feudalium habendi ratio, cuius diuersitatis fundamentum positum erat maxime in constituendi modo. Etenim quum ex moribus maiorum natura pignoratitii contractus ita ferret, ut coniunctus esset cum iure perciendi fructus, et creditor eiusmodi re, vi istius contractus, in crediti securitatem sibi tradita, usurparum loco, usque dum ipsi facta esset crediti restitutio, vti posset atque frui, enata est inde pecularis Feudi species, (**PFANDLEHN**) quae feudi pignoratitii *s. pignoris infeudati* appellatione insigniri solet, qua scilicet rei op-pignoratae dominium vtile, quo maior contractui vis conciliatur, per inuestitaram in creditorem transfertur. Duo igitur in hac feudi specie separanda sunt negotia, allodiale nempe atque feudale, pignoris scilicet constitutio et inuestitura creditoris facta, siue actus, quo res oppignorata creditoris feudi titulo conceditur et creditor, tanquam vasallus temporarius, in nexus clientelarem

^{d)} II. f. 52.

^{e)} vid. **HEYDENR.** c. Diff. c. VIII. *ad fin.* et **Io. LAVR. FLEISCHER**
in Inst. iur. feud. cap. XVIII.

larem a domino vere suscipitur. Varia, nec obscura, tum in antiquis Germ. LL. tum apud chartarum collectores extant huius rei vestigia, quae studiose collegit V. Ill. Io. AD. THE. KIND f) dum aduersus SIEGELIVM disputat g), et iam dudum explosa est illorum sententia, qui hanc feudi speciem, licet nostris temporibus paulo infrequentiorem, e feudorum numero penitus eximendam censem. Non tamen minus frequens fuisse videtur alter oppignorandi modus, scilicet *simplex pignus*, de quo hic nobis maxime sermo est, ubi nulla interuenit infundatio, adeoque dominium utile sub nexu fidelitatis vasalliticae in creditorem non transfertur, sed tantummodo fructuum percipiendorum facultas, salvo tamen rei oppignoratae dominio, apud debitorem manente h), creditori conceditur. Pertinet hue sine dubio cap. XXVI, I. ALEMANN. supra a nobis excitatum i) et cap. LVI. quae loca, quemadmodum recte obseruauit KINDEVS k), nullam aliam interpretationem admittunt, quam de F. simpliciter oppignorato. Neque vltiori opus esse existimamus demonstratione ad euincendum id, quod volumus, nempe omnem F. oppignorationem, tam veteri Germ. quam Longobardico iure, ad domini consensum esse adstrictam atque hoc deficiente nihil actum nihilque pignori subiectum videri.

§. V.

f) in Diff. Vindiciae F. pignoratii. (Lipf. 1777.) §. VI. et VII.

g) IO. GOTTL. SIEGELII Diff. de feudo pignorat. re fundamenti et utilitatis egena. (Lipf. 1742) et ap. IENICHEN. T. III. p. 140.

b) RICCI Examen doctrinae de

dominio pignoris Germ. in creditorem translati (Gorb. 1748.) §. 19. sg. et de SELCHOW in Elem. iur. germ. (Götting. 1779.) §. 457.

i) Niemand mag sein Leben versetzen
on fines berrn hant das es Krafft
babe.

k) c. l.

*Agitur de Hypothecae in F. constitutione atque de consensu
domini et Agnatorum.*

Iam vero, quia nos hoc libello operam collocatur sumus potissimum in excutienda quaestione, vtrum pignus consensu domini in F. quaestum, sine ulteriori et iterata domini permissione in alium possit transferri nec ne, non incongruo, vt opinor, loco, de vi et effectu hypothecae feudalis erit dicendum. Et lubeat statim ab initio profiteri, nos multum esse alienos ab eorum opinione, qui discrimen aliquod statuunt vel potius singunt, inter pignoris et hypothecae constitutionem, atque illam cum ipsa rei in pignus oblatae traditione coniunctam omni iure reprobatam, hanc vero, quippe ea modo creditori ius in F. reale constituitur, licet censem. Nec ultra vere, si finem atque effectum species, inter pignus et hypothecam diversitatis est ratio; nam siue res obligata in custodia sit creditoris siue non, sufficit per hypothecam ius reale ipsum feudum afficiens constitui, nec inferioris conditionis in iure censeri eum, qui ad rem actionem habet, quam qui rem ipsam tenet. *1)* Et licet ius Longob. nulla iniecta hypothecae mentione de solo pignore praecipiat, quid impedit, quominus quae de oppignorandi facultate vasallis interdicta disposita sunt, ad hypothecam transferamus, quum utriusque eadem plane sit ratio eademque remedia, et hypotheca aequae ac pignore ad ipsam F. distractionem perueniri possit, nec minus detrimenti in hypotheca, quam in pignore, domino sit metuendum? Omnis igitur res eo reddit, hypothecae in F. constitutae, si modo onera exceperis ea, quae necessaria vocantur et

quae

1) L. 15. de R. Iur. L. 5. §. I. D. hypothecam ratus nominis sonus de pign. et hypoth.: Inter pignus et differt.

quae ab omnibus, immo a Superiori, facta vtriusque dominii consolidatione, exsoluenda sunt, nullam vim esse nisi domini auctoritate atque consensu sit munita eiusque rei legitima adsint documenta. *m)* Quemadmodum vero Vasallus neglecto hac in re domini consensu creditoribus ex fructibus F. tenetur, quippe qui iure allodiorum reguntur *n)*, ita quoque, si a liberis vasalli debitoris recesseris, omnes ad quos F. aliquando deuoluitur, si vel expressa pactione vel litteris reuersalibus ad hoc se obstrinxerint, non obstante domini dissensu, saltem ex fructibus obligantur, id quod aduersus CARPOVIVM *o)* et plures alios, docte et eleganter probauit CAR. AD. L. B. a. BRAVN. *p)* Quod si vero agnati ad certum tempus consenserint, hypothecam quoque, nisi renouatio interuenerit, ad tempus in conuentione praeſinitum modo durare neque elapsō tempore eos amplius obligari, tam expediti iuris est, vt vix videatur monendum. *q)* Nec elonginquo arcessenda est ratio, cur eiusmodi actus absque agnatorum et coiunctusitorum consensu subsistere haud possit, nimurum ne ipsi iniuiti successionis commodo defraudentur, et iure suo excidant, atque in eo nonnihil cernitur diuersitatis, quod domini consensus ad existentiam et valorem contraictus f. hypothecae, agnatorum

m) I. H. BOEHMERI Diff. de hypoth. feud. expressa (*Hal.* 1718.) §. IV. GE. AD. SCHVBERT Diff. de consensu temporario dom. dir. in hypoth. F. (*Lips.* 1717) §. 10.

n) II. f. 28. et 86.

o) Definit. for. P. II. Const. XLVI. Def. 10.

p) Ob die Einwilligung der Verwandten in die Lehnverpfändung ob-

ne Lehnsherrliche Einwilligung einige Wirkung haben könne? In ZEPERNICKS Samml. auserl. Abb. a. d. Lehn R. Tb. II. p. 61. *fq.* DEC. E L. SAX. LXVII. ap. L V E N I G I V M in c. I. F. Tom. II. p. 604. ibique PHILIPPI et HORN c. l. c. XIX. §. 3.

q) GE. AD. SCHVBERT Diff. de consensu Agnator. et similit. in-

torum autem et coiuictitorum non nisi ad renunciationem iuriis quod in F. habent, pertineat; id quod etiam a Io. GODOF. RAVERO ^{r)} obseruatum memini. Cauterigitar circumspicendum est creditori, vt, si eiusmodi iure frui velit, quod ipsam F. substantiam afficiat et soluto vasalli eiusque descendantium iure, aduersus reliquos in F. successores et quemcunque possessorem vim habeat, neque domini neque horum voluntas negligatur. Nec sufficit dominum oppignorationi aut hypothecae haud contradixisse, aut contractum a vasallo cum creditore initum confirmasse, si vel maxime dominus F. simul sit dominus territorialis, quod potissimum in iis terris accidit, vbi nexus subiectionis coniunctus est cum vasallagio, sed requiritur, vt eius voluntas speciatim sit ad hypothecam directa et a curia feudali profecta. Vbi vero haec combinata est cum supremo in provincia regimine, speciale formulam: *Consentire auch als Lehn-Herr*, instrumento inferendam esse, monent interpres ^{s)} atque ita etiam in Saxonia quotidiano vsu seruari constat. ^{t)} In feudo extra prouinciam fito, vterque iudex et civ. et feudalis consentiat necesse est. Non tamen dixerim consensum domini postea suppleri hanc posse, quo inclinare videtur VVLTEIVS ^{u)}, non enim video rationem, cur non et hoc loco consensus, iure quasi postliminii, possit retrotrahi, quam ratiabilitio utique consensui expresso aequiparetur. ^{v)}

vestit temporario in hypoth. F.
(*Lipf.* 1718.)

^{r)} in Disſ. de hypoth. feud. absque conf. Agnatorum et simul. inueſtit. ſubſtiente (*Lipf.* 1721.) §. XIV. *in fin.*

^{s)} HORN c. I. cap. XIX. §. 4.
WERNHER. obs. 462. I. H. BOEHMER c. Disſ. cap. I. §. 5.

§. VI. *Consentire auch als Lehn-Herr*.

^{t)} ORD. PR. S. EL. Tit. XLVI. §. 3. CARPOV Lib. IV. Rep. 29. et in Disſ. de oneribus Vas. feud. posit. VI.

^{u)} Vol. IV. Conf. Marp. n. 60.

^{v)} SCHRADER de Feudis P. VIII. c. 4. n. 3. II. à ROSENTHAL c. 9. n. I. c. 28. n. 5.

*Cessio hypothecae quid sit ostenditur et Status controversiae
proponitur.*

Postquam satis diu immorati sumus iis, quae ad instruendam causam facere videbantur, tandem ad ipsam quaestione principalem quasi e diverticulo redeamus, cumque acturi sumus de cessione hypothecae, quid sub hac notione nobis intelligatur, primum dicatur. Cessio hypothecae autem nihil aliud est, quam eiusdem juris, quod quis, ob uitandum fortis amittendae periculum, in F. legitime sibi acquisiuit, facta in alterum translatio. Iam vero eam, vti ex superioribus clarum est, omnis oppignorandi potestas ad superioris consensum est restricta, haud inopportune mouetur quaestio, vtrum si semel confernit dominus, hoc retractari debeat, quando is qui pignoris iure in F. vtitur, illud in aliam personam velit transferre, eo effectu, vt is, cui ceditur, eodem iure iisdemque iuris persequendi remedii fruatur, quibus cedens vti potuisset? Quam item eti praeter GE. LVD. BOEHMERVM x) nemo data opera disceptauit, multi tamen obiter attigerunt, varieque atque multum inter viros doctos disputatum est, nonnullis ex iur. com. principiis consensum domini neutiquam abesse posse statuentibus, in quibus maxime commemorandi sunt CARPOVIVS y), HEIGIVS z), RAVCHEAR a), DE LYNCKER b), BERLICHIVS c), WERNHER d), WILDVOGEL e), et

C 2

CHRIST.

x) in Obs. iur. feud. Obs. XIII.

in Analeqt. ad STRUVII Synt. iur.

y) Resp. iur. L. V. resp. 36. et
in Diff. cit. pos. I.

feud. c. 13. aph. 7. n. 9.

z) Concl. praef. P. II. concl. 29.

Quaest. illufr. P. II. qu. 5.
n. 23.

n. 31. sqq.

d) in Enunc. for. hod. P. I. En.

a) Lib. v. resp. 36.

127.

e) Resp. I. n. 3.

b) Vol. I. resp. 200. n. 48. et

CHRIST. PHIL. RICHTER *f*), alis contrariam rationem propugnantibus, quorum agmen ducit MEVIVS *g*) quem deinceps fecuti sunt STRYCKIVS *h*) et LEYSERVIS *i*), in qua opinione etiam video ILL. BOEHMERVM *k*) et Ordinem Istrom Marp., cuius responsum publici iuris fecit ILL. HOMBERG ZV VACH *l*). Nostrum autem in eo verllabitur officium, vt primum, quea in vtramque partem proferri solent argumenta, lectorum oculis diligenter subiiciamus, deinde quid nobis hac de re videatur, refutis simul aduersariorum rationibus, indicemus, nostram denique sententiam, iniecta simul patrii iuris mentione, corroboremus.

§. VII.

Afferuntur argumenta eorum qui dom. dir. causam defendunt.

Prodeat igitur primo CARPOVIVS *m*) existimans, in allodialibus quidem neutiquam vero in feudalibus, hypothecam rite constitutam, sine noua domini auctoritate in aliud posse transmitti. Ne vero perperam intelligatur, quod de allodiis resert, oportet commonefieri lectores, olim iure Sax. veteri *n*) hypothecam iudicalem in bonis immobilibus constitutam priuatim et absque

noua

f) in Tract. de iur. et priv. cred. c. IV. Sect. II. n. 160.

g) P. VII. dec. 311. et P. VIII. dec. 284.

h) in Diff. de oblig. conf. d. mun. c. 3. n. 33. sq. et in Vnu mod. tit. de hered. vend. §. 13. in Caur. contr. Sect. 2. c. 4. §. 10. sqq.

i) Medit. ad Pand. spec. CCXXXII.

k) in Obs. iur. feud. c. 1.

l) Ob ein Gläubiger sein mit Lehnsherrlicher Einwilligung an einem Lebtag erlangtes Unterpfand, ohne anderweitige Einwilligung des Lehnsherrn einem dritten abtreten können? In ZEPERNICKS Samml. Tb. IV. p. 175 sqq.

m) Resp. XXXVI.

n) DEC. EL. XI. P. I. p. 315. et ORD. PR. SAX. VET. tit. XLVI.

noua iudicis insinuatione alteri valide cedi potuisse^{o)} atque hoc
deum per Ord. Proc. Nov. p) mutatum fuisse. Sed audia-
mus illius rationes. Ait scilicet consensum domini ad formam
pignoris essentialiē eiusque existentiā pertinere, hunc vero
esse strictissimae, vt aiunt, interpretationis et ad causam, tempus
vel personam limitatum atque restrictum, nec vterius et ad ca-
sun alium, verbis expressis haud denotatum, debere extendi;
Deinde multum interesse domini scire ac nosse, quem habiturus
sit vasallum vel subditum, propter seruitutem militaria et industria
certae personae, ex qua vel unica causa, quoties pignus semel
constitutum cedendum sit, denuo interpellari debeat dominus,
vt iudicium penes ipsum sit, an talem approbet. Quae argu-
mentandi ratio etiam arrisit LYNKERO et WILDVOGELIO q). Vi-
dentur autem Carpzouii argumenta maxime desumpta ex Her-
gio, qui noui quid sibi visus est proponere, subducta ex iure ca-
nonico cap. vlt. X. de Refr. ratione, nempe, quemadmodum
Principum Rescripta cedi non possent, ita nec domini voluntate
in pignoris constitutione interpositam, priuata auctoritate
in aliud posse transmitti, sed de novo esse implorandam. His-
dem fere argumentis pugnauit quoque BERLICHIVS r) qui funda-
menti loco posuit regulam, iam a Carpzouio adductam, esse
nimirum domini consensum stricte accipendum, nec de uno ne-
gotio ad aliud, nec de persona in personam et de re in rem ex-
tendendum. Nec ab hac sententia alienos se professi sunt RIVI-
NVS s) et WERNHERVS t), qui adducto simul hanc in rem Re-
sponsio Ordinis Ictorum Vitteb. manifesto contendit, doctri-
nam

C 3

o) Resp. XXXV.

s) in Enunc. ad tit. 46. n. 13. et

p) ad tit. XLVI. §. 2.

14.

q) cit. locis.

r) Enunc. fori hed. P. 1. En.

r) c. l.

127.

[decorative line]

nam a RAVCHBARIO u) BERLICHO et CARPOVIO, quos simul excitauit, propositam, iuris feudal analogiae maxime esse consentaneam. Et miror sane humani quid hac in re passum esse acutissimi ingenii et excellentis doctrinae virum, IO. IAC. MASCOVIVM v) dum scribit: *Potenda etiam, agit enim de renouatione, vbi tale nomen alteri ceditur, propterea quod consensus eiusmodi est stricti iuris adeoque non extenditur ultra personas quibus primum datus est.*

§. VIII.

Sequuntur eorum argumenta, qui consensum domini iure feud.
com. *haud necessarium esse statuunt.*

Iam vero audiendi sunt contrariae sententiae defensores, quorum non minor est frequentia. Familiam dicit MEIVS, qui cum lis mota esset cessionario cui creditor cesserat nomen, pro quo feudum cum domini consensu oppignoratum fuerat, quasi is hypotheca cum consensu domini alteri constituta ex cessione frui non posset, et quidem hac ratione, quod hypotheca sine novo domini consensu cedi non posset, respondit, negandum quidem non esse ex statuto provinciae vel curiae cuiusdam obseruantia, aliud posse sic obtainere, attamen vbi nihil speciali iure introductum reperitur, per iuris com. rationem concludendum esse et illam hypothecam cedi posse et cessionarium eius iure atque priuilegiis perinde vti atque creditorem, cui primum hypotheca constituta fuit, etenim cessionem non esse nouam oppignorationem, sed prioris tantum translationem et effectum, qui virtute prioris subsistit, nec opus esse nouis solennitatibus, quippe quae

sc.

u) P. I. qu. 6. n. 19.

dorum cap. XII. §. 22. et b. HOM.

v) in 'aureo libello de iure Feu-

MELIVS in d. Academ. Reden.
(Francf. 1758.) p. 415.

semel adhibitae, per cessionem transeunt. Atque obseruauit si-
mul, haud quadrare illud, quicquid etiam CARPZOVIIS dicat,
nempe domino ignoranti vel inuito vasallum sine subditum obtru-
di non debere, non enim dici posse cessionarium nouum fieri va-
sallum atque subditum, quum Vasallagii nihil in eum transeat,
nec persona vasalli prius mutetur, quam mutato pignoris titulo,
factaque rei oppignoratae distractione. De industria autem
CARPZOVO se opposuit SAM. STRYCKIUS, qui excitatis hanc in
rem Dd. SCHRADERI x) MEVII et in primis BRVNNEMANNI y)
auctoritatibus, affirmat, ius pignoris in F. semel legitimate consti-
tutum, sine novo domini assensu alteri cedi posse nec Superioris
voluntatem de novo implorandam, ius enim, quod creditor in
feudo habet, nunquam sortiri qualitatem feudalem sed allodii
indolem semper retinere, nec per eiusmodi cessionem domini iu-
ra imminui, cum exsoluto debito aequa pateat repetitio ac si pri-
mus creditor nunquam cessisset; Et ait porro, quum creditori
interdictum haud sit, ius hypothecae semel quae situm, in quos-
cunque heredes sine novo consensu transmittere, ita etiam, nisi
sub hac tantum conditione consenserit dominus, vt vasillus non
nisi certae personae F. vendat, nullam prorsus subesse rationem,
quare cesso ab ipso creditore sine novo domini consensu suscep-
pta, nullatis vitiis laborare sit censenda. Atque eundem in
modum etiam argumentatus est AVG. LEYSER z), qui ducta a
maiori, vt ait schola, ad minus argumentatione, ita concludit,
cum creditori concessa sit facultas rem pignori sibi oblatam, sine
novo decreto alienandi atque vendendi, quanto magis ipsi licere,
ius crediti, quod instar allodii est, in alium transferre, idque eo
magis, cum dominus, si in prima pignoris constitutione consul-
tus

x) P. VI. c. 2. n. 26.

a*ct. vend.*

y) ad L. fin. Cod. de hered. vel

z) Spec. CCXXXII. §. VI.

tus fuerit, et consensum haud denegauerit, in omnes simul effectus, quorum haud postremus est is, ut creditorius pignoris in alium transmittere licet, consensisse sit presumendum. Tandem etiam respondit HEIGIO, cessionem Rescripti Principis iure canon. non simpliciter esse interdictam, sed cautum esse hac lege, ne in fraudem fiat alterius, quo casu et ipse STRYCKIUS cessionem pignoris feudalis illicitam pronuntiat. Quam opinionem postea etiam adoptauit Facultas iurid. Marpurg. in responso ad interrogationem Cancellariae Brunsv. Luneburgicae in causa Curiae Wolfenbuttel. versus Io. Detlev a Noeling dato a)

§. IX.

Rationes ab utraque parte allatae examinantur atque ponderantur, et quae verior videatur sententia exponitur.

Collectis itaque cunctis, quae in utramque partem a Ictis disputata sunt, iam eo sumus delati, vt in tanto sententiarum diuertio, quaenam proxime ad veritatem accedat, suffragium feramus, insimulque nostram opinionem probe perpensis atque excussis utriusque partis rationibus remotisque illis, quae causam nostram quodammodo premere videntur, quantum fieri possit, confirmemus. Atque eo libenter prothemenur, nos patrocinari istorum sententiae, qui creditori nequaquam imponunt necessitatem, exigendi domini consensum in cessione nominis, quanto magis hac in re consentientes habemus arbitros longe celeberrimos BOEHMERVM patrem b) et filium c), in quorum auctoritate, si ita pugnare liceret, acquiescere, satis foret ho-

a) in ZEPERNICKS Samml. c. I. 1718) §. XIII. p. 47.

b) IVST. HENN. BOEHMERI. c) GE. LVD. BOEHMER in Diff. de hyp. feud. expressa. (Hal. Obs. iur. feud. obs. XIII.

honorificum. Omnis autem controversia orta est sine dubio ex eo, quod lege feudali expressa deficiente, decisio partim ex iure communni partim ex iuris feud. analogia peti debeat, iuris enim com., ut tironibus notum, ea est natura, ut tamdiu obtineat, donec vel lege feudali expressa vel vsu seu obseruantia aliud statutum demonstretur d). Vbi igitur consuetudines feudales contrarium non decidunt, in causis etiam feudalibus iuri com. locus est relinquendus. Nam vero in eo omnes conueniunt iur. civ. Dd. *pignus pignori dari posse e)* et si creditor pignoris ius vendit vel alio titulo cedit, solennitatem in pignoris constitutione semel adhibitam, etiamsi extra iudicium facta fuerit cessio, haud quaque extingui nec ulteriori opus esse magistratus auctoritate. Cuius rei rationem afferunt hanc, esse scilicet in vniuerso iure receptum hoc axioma: *in executione actus non requiri eam soleunitatem, quam desiderat actus.* Nec defunt huius rei exempla, nam sive res minorum sive ecclesiastiarum specetes, quarum alienatio non nisi iudicis decreto fieri debet, semel tamen in pignus datae, sine noua iudicis auctoritate in solutum dantur atque distrahuntur f). Quemadmodum autem ex iuris communis regula g) unusquisque libere et pro arbitrio

de

d) II. r. 1. LL. R. non est vilis auctoritas; sed non adeo vim suam extendunt, ut usum vincant aut moreres; strenuus autem iuris peritus, sicubi casus emerget, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, absque calumnia vi poterit lege scripta. cfr. FLEISCHER c. I. cap. II. §. 27.

e. I. 1. Cod. Si pign. das. L. 7. Cod. de hered. vend. nomen debitoris potest

dari pignori et ille cui datum est, potest ipsum alteri vendere iure creditoris sicut aliam rem oppignoratam. cfr. BRVNNEMANN ad h. tit. de distract. pign.

f) L. 7. §. 1. D. de reb cor. qui subtit. L. 2. Cod. de praediis min.

g) L. 21. Cod. Mandati quemlibet suae rei moderatores esse etc.

D



de rebus suis disponit, nisi lege vel pactione expressa prohibeat, ratio sane nulla apparet, cur non et creditoris arbitrio reliquum esse debeat, de iure reali, quod maioris securitatis causa legitime in feudo sibi constitui curauit, ulterius disponere, dummodo nemini detrimenti quid inferatur. Sed audio iam occinare eos, qui contrarium propugnant, differre haec quam maxime, nec posse hoc pertrahi argumenta ab allodiis desumpta, in feudis enim omnem rem ex superioris consensu esse aestimandam. Intelligo quo hoc tendat. Nimirum omnem vim argumenti in eo collocant, quod consensus in oppignorationem F. datus, stricte sit accipiens, nec in certam personam, (qualis est creditor qui cedit) datus, ad aliam (cessionarium nempe) posse extendi atque in eo laedi reuerentiam domino debitam, quando nouus Vasallus, cuius fides et industria explorata non est, ipsis obtrudatur. At enim vero si consideraueris, neminem Vasallum esse dicendum, nisi qui de feudo solenniter fuerit uestitus, obligacionemque ad fidelitatem vasalliticam seruitaque domino exhibenda solenni modo in se suscepit, totum hoc argumentum statim evanescere intelliges. Nam si creditor, siue is in quem hoc ius iterum a creditore translatum est, vasallus fieret, sequeretur et hoc, quod nemo ius reale in F. posset acquirere, nisi qui feudorum esset capax, neque eiusmodi ius ad alios transmittere heredes, quam in masculos feudorumque capaces, quae sententia omni usu fori est destituta. Male sane, si hoc verum esset, consultum foret feminis atque in Saxoniam iis, qui Augustanam Confessionem haud sequuntur. Nec maioris ponderis est illud, quod tam strenue urgent contrariae sententiae patroni, consensum domini non egredi rem seu personam cui datur. Etsi enim non facio cum iis, qui data Vasallo vendendi licentia, facultatem quoque modo super F. disponendi implicite contineri, ideoque, ut in

re

re tam perspicua uno saltem exemplo defungar, consensum v. c. ad venditionem datum, ad causam pignoris extendi posse statuant, vereor tamen ne magnopere erretur ab iis, qui argumentatione inde ducta, quaestioni nostrae id velint accommodare. Nam in alienatione ideo tam stricte accipienda est domini voluntas, quod haud leue ei metuendum est praecidicium et vasalli persona vere mutatur, quando vero dominus oppignorationi consensum addit, non in creditoris personam videtur inquirere, sed id tantummodo efficere vult, ut feudum pro credito contracto omnium fiat. Vides itaque rationes, ex iuris feud. analogia petitas, non tantum valere ut nostram sententiam vincant, ut potius eam confirmant. At nec silenda est generalis illa regula atque norma in disciplina feudali constituta et communii Dd. consensu comprobata: *in omni actu consensum eorum requiri, quorum versatur praecidicium* b), atque eos tantummodo contraactus illicitos esse, qui vel non in feudi utilitatem tendunt, vel praecidicium aliquod domini ceterorumque in F. ius habentium coniunctum habent i), cui si constanter inhaeramus, omnis sane ambiguitas penitus tollitur. Quale enim incommodum ex cessione iuris realis, quod quis in F. habet, domino metuendum sit, equidem non video, quem per eiusmodi negotium, quod creditor et cessionarius inter se suscipiunt, ne minima quidem in ipsa feudi natura contingat mutatio, nec vasallagii nexus dissoluatur atque turbetur. Quibus omnibus denique accedit et hoc, quod recte annotauit GE. LVD. BOEHMER c. l. cessionarium, si ius suum persequi et, quod extremum est in hypotheca, ad distrahendum F. agere velit, id non nisi in Curia feudali fieri debere, ergo fieri non posse, quo minus hoc domino non innotescat. Ex his igi-

D 2

tur,

b) SCHRADER P. VIII. c. 2. n.

i) Moeller in Distinct. ex ed.

28.

WOLTAER (Rost. 1775.) p. 458.
sqq.

tur, quae hactenus disputauimus, efficitur, etiam si haec quaestio vnic ex iuris feudalis rationibus atque analogia decidenda fuisset, non ideo deteriorem fuisse creditoris causam. Sed quum, ut in superioribus dictum, contractus a creditore cum cessionario initus, feudale negotium haud sit, sed mere allodiale, ne opus quidem est, ut rem feudali qualitate destitutam, ex iuris feudalis principiis aestimemus. Quae cum ita sint, profecto reprehendendi haud erimus, si eorum praferamus partes, qui deficiente hac in re expressa iuris feudalis dispositione, nec repugnante analogia, rem omnem ex iur. comm. rationibus decidendam censem, ideoque creditori nouum onus imponere et ipsis legibus duriores esse, recusant.

§. X.

*Iure Ele&g. Sax. cessionem Hypothecae absque supremi iudicis
feudalis auctoritate inualidam esse ostenditur.*

Supereft denique, ut promissi nostri memores, priusquam huic labori finis imponatur, quid a Serenissimis Saxoniae Latoribus, qui inter ceteros Germaniae principes bonis legibus semper eminentiores extitere, hac de re statutum sit, breuiter commemoremus. Ac vix necesse videtur obseruari, ius nostrum in eo conspirare cum Iure feud. comm. atque non modo omnem F. alienationem, qua ipsa possessio vere in alium transfertur, sine speciali domini et simultanea inuestitorum consensu, quippe in Saxonia omnis Agnatorum successio vnic ab inuestitura pendet, nisi feudum vel ea lege datum acquisitumue sit, ut domino inconsulto alienari possit, vel simultanea inuestiti sub hac conditione admissi fuerint,

fuerint, esse illicitam et priuationis poenae subiectam ^{k)}, verum etiam cautum esse, ne pignus aut hypotheca pro aere alieno in F. constituta aliter quam ex domini voluntate vim habeat. l) Nec sufficit nuda confirmatio a iudice rei sitae facta, sicuti in rebus allodialibus, sed praeter hanc Serenissimi domini directi consensum accedere debere monent verba ORD. PROC. SAX. Tit. XLVI. §. 5. Würde sich auch zutrogen, dass in bonis emphyteuticis der dominus directus nicht zugleich Gerichtsherr wäre, sondern ein anderer die Iurisdiction über den fundum emphyteuticum hätte, soll zu Erlangung einer beständigen gerichtlichen Hypothec und damit sich der dominus iurisdictionis hernach der Hülse desto weniger zu verweigern, des Lehn- und Gerichtsherrn Consensus zugleich und coniunctim erhaben werden. Ad quem locum recte obseruauit GRIEBNERVS, licet dissentiente KÜSTNERO m), dominum directum, si solus in

D 3

hypo-

k) CONST. EL. SAX. 46. P. II. EDICT. FEVD. d. 6 Jul. 1622. et MAND. 30. Apr. 1764. Tit. VI. qui inscribitur: Von Verpfändung und Veräußerung derer Lebngüther.

l) CONST. EL. 23. P. II. verb. dass die Special- Verpfändung unbeweglicher Güther — für die Obrigkeit, unter welcher sie gelegen oder auch dem Lehnberren muss insinuirer werden; sonsten aber unkräftig et CONST. 48. verb. da aber die Alienation mit des Lehnberren Consensus geschaffen. DEC. EL. 67. verb. der Gläubiger auf die Alienation des Lebns zu klagen und zu dringen, an drergegestalt nicht als wenn der Lehn-

berr auch zugleich in die Schuld gewilliger. ORD. PROC. Tit. XLVI. §. 4. ad tit. XLIV. §. 1. et ad tit. XLV. §. 7. MAND. d. d. 30. Apr. 1764. Tit. VI. §. 2. verb. wann er (der Vasall) nicht zufürderst von dem Lehnberren bierzu ausdrückliche Erlaubniß erhalten — dabingegen die mit Consensus des Lehnberren erlangte Hypothec — das Lehn officiret et §. 3. verb. können wir nicht zugeben, dass vor dessen (des Lehnberren Consenses) Errheilung mit dem Lebne einige Alienation oder Aenderung vorgenommen werde.

m) im Dis. zur Erl. Proc. Ordin. durch CHR. WILH. KVESTNERN (ed.



hypothecam consenserit, iudicis vero ordinarii voluntas explora-
ta haud fuerit, in sui praeiudicium teneri. Quod denique ad
eam quaestionem attinet, quam in rubro professi sumus, Au-
gustissimus Legislator Saxon. Io. GEORGIVS I. omnem ambiguita-
tem atque Iectorum dissensiones peculiari Constitutione n^o) susti-
lit, eorumque opinionem, die den neuen Consenß vor nöthig erachten,
ita enim sonant verba Edicti, comprobavit, his additis verbis:
und soll sowohl in praeteritis als futuris negotiis keine dergleichen
Cession ohne des Lehnherrn neue Einwilligung — vor kräftig er-
kennet werden. Quod deinde repetitum est o. p. REC. ad tit.
XLVI. §. 2. verb. Desgleichen wollen wir, daß keine Hypothec so-
wohl bey denen Lehn- als auch bey denen Allodial-Gütern, ohne
Unterschied der Fälle, ganz oder zum Theil andrer gestalt, als ver-
mittels gerichtlicher Confirmation und Consenſes, — cediret wer-
den möge. o.)

§. XI.

(ed. 2. Lips. 1780.) p. 477. et BER-
GERVS in Oec. Iur. L. IV. tit. 5.
th. 8. not. 7.

n^o) CONSTIT. d. d. 1 Febr.
1614.

o) Quae omnia egregie illustrat
Sententia a SVPR. SEN. PROV.
ao. 1731, in c. Dm. a Schönburg
lata, hac addita ratione: *Dicte weil*
die Herrſchaft Waldenburg samme
Zugehörungen ein im Churfürſt. Ter-
ritorio gelegenes Böhmisches Lehn ist,
mithin die mit allergnädigsten Lebus-

berrlichen Consenſis verschriebene Hy-
pothec ihre gute Richtigkeit hat,
gleichwohl ſo fort zu Veräußerung
derſelben ohne ſpecielle Einwilligung
Sr. Königl. Maj. in Poblen, als Chur-
fürſteus zu Sachſen u. domini terri-
torialis ſo wenig zu verſchreien, ſo
wenig ſonſt die zwar mit Consenſi
des domini direcſt, aber ohne Vorbe-
wußt des domini in Iurisdictionis ver-
pfändete bona emphyteutica nach An-
leitung der Rechte und der Proc. Ordin.
Sogleich veralieniret werden können.

§. XI.

Epilogus.

Sed terminus hic esto, ne limites academicae scriptio[n]is iusto longius transgrediamur, nec magis nobis fuit propositum, quam demonstrare, eam opinionem, quae nostris in terris ex LL. auctoritate obtinet, ex iuris com. principiis defendi non posse. Quodsi hac in re conamina nostra doctis et peritis ingeniorum aestimatoribus non penitus displicerint, id quod vehementer et serio optamus, nos satis felices putabimus.


ULB Halle

003 335 402

3



Gl.



10006, 10007. 7787, 8.

DE
CESSIONE HYPOTHECAE
FEVDALIS ABSQVE DOMINI
DIRECTI CONSENSV
IVRE SAXONICO INVALIDA

DISSESSATIO IN AVGVRALIS

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO SVMMIS

IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

OBTINENDIS

A. D. XXIX. MARTII C I O I O G C L X X X V I I .

PROPOSVIT

CAROLVS THEOPHILVS DATHE

IVR. VTR. CAND. ET ADV. IMMATRIC.

LIPSIAE

EX OFFICINA SOMMERIA

